



**Tractatus Exegeticus Ad Librum III. Decretalium Gregorii
IX. Materiam successionis Testamentariæ, & Legitimæ,
nec non Parochorum, Regularium, & Patronorum jura,
aliaque ad rem Liturgicam spectantia ...**

Scharz, Oddo

Salisburgi, 1740

Parega Ex Universo Jure Ex Publico, Sacro, Et Profano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63798](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63798)



P A R E G A

^{EX} UNIVERSO JURE.

^{EX} JURE PUBLICO, SACRO, ET PROFANO.

1. **P**otestas S. Pontificis est Monarchica 2. à Concilio generali independens. 3. Quippe quod à S. Pontifice congregari, & confirmari debet. 4. Unde non datur appellatio à Papa ad Concilium 5. sicut & appellatio, quæ Gallis vocatur ab abusu, inter abusus jurisdictionis Ecclesiasticæ abjicienda est. 6. Privilegium eligendi S. Pontificem, quod ab Hadriano I. Carolo M. in cap. 22. dist. 63. & à Leone, dicto VIII. Othoni in cap. 23. Ead. dist. concessum legitur, commentitium est. 7. Electio S. Pontificis, exclusis quibuscunque aliis, per solos S. R. E. Cardinales recte instituitur. 8. Non tamen repugnat Juri Divino, ut S. Pontifex sibi successorem deligat. 9. Imperator est verus Monarcha, 10. Cujus Majestati Capitulationes non derogant. 11. Debet eligi ex Germanis tantum. 12. Qualis etiam is censetur, qui per lineam maternam à Germanis originem ducit. 13. Insuper debet esse Orthodoxus, 14. Quo nomine non veniunt protestantes vel reformati. 15. Est Advocatus Ecclesiæ. 16. Jus tamen in Sacra Sibi vindicare nequit. 17. Preces primarias exercet partim ex consuetudine, partim ex indulto S. Pontificis.

EX JURE PRIVATO. CANONICO, CIVILI, CRIMINALI, ET FEUDALI.

18. **L**eges Imperatoris in singulis provinciis promulgari debent. 19. Non etiam S. Pontificis. 20. Cujus potestas legislativa, utut amplissima, ad actus mere internos se non extendit. 20. Decreto Gratiani autoritas legis non constat ex integro, bene vero Declarationibus

bus Cardinalium S. Concilii Trident. 21. Actus formaliter peccami-
nosi ad consuetudinem contra legem introducendam apti non sunt. 22.
Translatio Episcoporum jure Ecclesiastico est prohibita. 23. Jurisdi-
ctio Vicarii Episcopalis est ordinaria. 24. Judex potest condemnare
reum, quem privata scientia scit innocentem, modo ex actis publicis
constet esse nocentem. 25. Promissio metu elicitā obligat promittentem
de jure naturæ. 26. Pnpillus nonnunquam ex contractu se solo inito
naturaliter obligatur. 27. Transactionem ad contractus innominatos
referimus, 28. quæ etiam ob lesionem enormem rescindi potest. 29.
Depositarius in rebus suis diligentissimus ad eundem gradum diligentie
in rebus depositis tenetur 3. Vendita hereditate jus accrescendi transit
in emptorem 31. venditor rem scienter minimo pretio distrabens non
privatur beneficio l. 2. C. de Rescind. Vendit. 32. Mulier de be-
neficio Scti Vellejani satis edocta eidem renunciare potest. 33. Fide-
jussor in duriores causam assumptus nequidem ad summam concurren-
tem tenetur. 34. Filiusfamilias ex mutuo quidem tenetur, 35. Cre-
ditoris tamen jus exceptione Scti Macedoniani infirmare potest, 36.
quod eidem pro utroque foro proficit. 37. Exceptio N. N. P. Eccle-
sie perpetuo competit. 38. Contra Ecclesiam conditio indebiti locum
non invenit. 39. Donatio ultra 500. solidos ad causam piam facta in-
sinuatione non indiget. 40. Ob supervenientiam liberorum revocari
potest. 40. Sponsalia per solum ingressum Religionis non solvuntur.
42. Matrimonium per copulam intra primum bimestre vi extortam
non consummatur. 43. Nec validum est, quod hæretici in loco, ubi
Concilium Tridentinum est promulgatum, non servata forma ab eodem
præscripta, contrahunt. 44. Impuberes ante completum septennium
in nullo casu valide sponsalia contrahere possunt. 45. Ex matrimonio
putativo nascuntur liberi legitimi, 46. Non tamen per idem matri-
monium legitimantur 47. pro securitate dotis à marito fidejussor nec
exigi, nec dari potest, 48. bene vero pignus 49. mala fides, quam
peccatum mortale non comitatur, præscriptioni non officit. 50. In
præscriptione servitutum ordinaria non est necesse probare titulum.
51. Contra Ecclesiam etiam in rebus mobilibus minori tempore, quam
40. annis non præscribitur. 52. Fœmina per masculum semel à feudo
exclusa non manet perpetuo exclusa. 53. Feudo filiofamilias concessio
ususfructus patri non quæritur. 54. Clerici & Religiosi feudi acqui-
rendi capaces sunt. 55. Felonia à Prælato commissæ feudum quidem
fit

fit caducum, sed sine præjudicio successoris. 56. Pœna capitis furto à Carolo V. præstituta est justa. 57. Crimen læsæ Majestatis non incurrit Clericus, qui hostilia molitur adversus Principem, in cujus territorio domicilium habet. 58. Crimen perduellionis rectè in liberis quoque vindicatur. 59. Quibus nequidem legitima debetur, 60. Non tamen crimen perduellionis à liberis commissum parentibus nocet.

F I N I S.

